

II.

Gregor (von Tusculum) schenkt Grundbesitz bei Tusculum an Savinus de Cezo aus Tusculum.

26. Dezember 1065

Überlieferung: Archivio Segreto Vaticano, AA. Arm. I—XVIII, vol. 4999 Nr. 2 (Original). Am rechten Rand des Pergaments sind zwei kleinere Fetzen ausgerissen, außerdem ist der Rand dort etwas zu stark beschnitten worden. Die Buchstaben, die dadurch verloren gegangen sind, werden, soweit das möglich ist, in eckigen Klammern ergänzt.

Vgl. o. S. 10.

In nomine Domini. Anno quinto pontificatus domni Alexandri secundi pape, indi[ctio]ne quarta, mense December, die vicesima sexta. Ex legum enim licentiam olim dat . . . de suis propriis rebus in retenentibus vendere aut donare cuique placueris. I[dcirco] ego enim domnus Gregorius excelletissimus vir consul et dux atque senator dom[nus Pe]trus filius hac die preclaro animo speciosa mente do, dono, cedo, trado et in[re]vocabiliter largior ex propria mea mea^{a)} substantia propria et spontanea mea voluntate vobis Savino v(iro) h(onesto) de Cezo commoraturus civ(itate) Tusculanensi tibi tuisque heredibus et cui largire et concedere placueris, id est terra sementaria tritici modia tres et dimidium et sicuti inter affines esse videtur cum finis et limitibus^{b)}, cum introitibus et exitibus suis et cum omnia et quata^{c)} a dicta terra pertinere et ad[ia]cere dinoscitur, cum arboribus pomiferis vel in-fructiferis, pos(ita) territorio Tusculanensi, quod est inter affines a primo latere terra de sancta Maria de Ierusalem¹⁾, a secundo latere terra de Ana de Beneroso et de Ratterio de Iobo, a tertio latere terra de dicta Anna et Pozale et a quarto latere via publica, iuris cui existet; qualem^{d)} esse videtur, talem eam tibi tuisque heredibus concedo, trado et dono pro fideli servitio tuo et pro eo, quod mihi obediens exhibuisti atque fecistis. Inde ut dictum est, a presenti enim die abeas, teneas, poss(ideas) utendi, fruendi, poss(idendi), venendi, donandi, commutandi vel quicquid exinde facere sive peragere volueris in tuam tuisque heredibus sit potestatem, et numquam a me neque heredibus meis neque etiam a nulla persona a me summissa contra tibi tuisque heredibus qualem movere questionem aut calumnia, set si necesse fuerit, stare me una cum

^{a)} so Hs. ^{b)} dahinter suis durchgestrichen. ^{c)} so Hs. ^{d)} dahinter mihi pertin durchgestrichen.

¹⁾ Zu S. Maria de Ierusalem bei Tusculum s. It. Pont. 2, 40.